et Loco superius expressis ad soluendum succumbendo, Proquibus quidem Vadio vel Vadys modo praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua principali ex Contentis Interceisis praefatis non completa complenda Citata existens memorata pars Una praemissa non tenens sive eius posteri, ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa Iterum terminos semper peremptorios citra infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta, ad Euictorem, vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Euasionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione termini bello Conventioneque ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Moiakowski Moiakowskiey Obligat, et Statuet

Comparens personaliter Coram officio et Actis Praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Generosus Remigianus de Rzeplin Cwiakowski Subdapifer Terrae Premysliensis Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriys et competentibus recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premyslien[si] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet seseq[ue] Successo

962 ribus bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Mariannae Humieniecka Consortis suae legitimae pro cuius rati habitione cavet ac se Praesentibus inscribit nomine bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Villas Czesthowice et Ludowice in Palatinatu Russiae Terra vero et Districtu Praesenti Premysliensi iacen[tes] et consisten[tes] cum Curiys et praedys ibidem sitis cum omni Praedecessorum Iure dominio proprietate tituloq[ue] obligatorio cumq[ue] omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus fructibus proventibus redditibq[ue] commodis emolumentis et obventionibus quibusvis utrum agris fundis pratis campis pascuis pascuarys silvis borris gays nemoribus indaginibus rubetis vepretibq[ue] virgultis mericis stagnis magnis et parvis piscinis fluviis fluminibus Lacubus, paludibus, rivis rivulis torrentibus aquarum decursibus, molendinis, tabernis horreis holodys hortis pomarys, apisterys apum mellificiys sepibus sepimentis structuris, ... et aedificiys quibusvis, nec non subditis cmetonibus hortulanis inquilinis eorumq[ue] laboribus censibus dationibus re cetervis Muniis officys et obsequiys quibusvis attinen tysq[ue] et pertinentys generaliter universis. Nihil exprettisis Juris dominiy proprietatis ac cuiusvis compe tentias et prorogativas Ab se Recognoscente Suisq[ue] Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterq[ue]

sut eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit
et possidebat ipsumq concernebant ac eidem legitime
serviebant, iam exnunc et defacto Gnosae Sophiae Sel
cowna olim Gnosi Gaspari Swoszakowski Judicis Ter
rae Premysliensis Consorti derelictae Viduae eiusq po
steris in Summa Octo Millium florenorum polonicorum iam
per se Recognoscens realiter leuata et percepta
de qua praesentibus quietatur hinc et ab Actu praesenti
ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post unum
Annum proxime venturum incidens et in defectu
pro tunc eorundem bonorum exemptionis summaeq
memoratae Octo Millium florenorum polonicorum totalis et
integrae realis persolutionis extunc de Anno ad annum
festo ad festum pro simili die et festo Conversionis
Sancti Pauli Apostoli se se determinante annis et
festis se se continue et immediate sequentibus usq
ad exemptionem bonorum eorundem summaeq memo
ratae totalis et integrae realem et effectualem per
solutionem obligauit, inscripsit et inuadiauit, sicut
obligat inscribit et inuadiat praesentibus. In quae quidem
bona suprascripta omnia omnia praesentibus per se
Recognoscentem obligata et inuadiata, iam exnunc
et defacto isidem Recognoscens Gnosus Remigi
anus de Rzeplin Swoiakowski Subdapifer Terrae
Premysliensis praefatae Gnosae Sophiae Swoiakowska
obligatariae suae, eiusq posteris coram officio praesenti
dat et admittit realem Intromissionem, et actualem
pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq
competentem, et Nobiles duos, die quacunq volue
rit officiose acceptandam, per ipsam obligatariam
suam ipsiusq posteros, haec eadem bona omnia
omnia praesentibus inuadiata, cum vniversis eorund
Vtilitatibus et Vsufructibus attinentiisq et perti
nentiis generaliter vniversis tenendi, habendi, et pos
sidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac ad usus

suos, suorumq successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Remigianus de Keplin Wroiakowski Subdapifer Terrae Premysliensis prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarys quibusuis habitis et habendis eidem suprascriptae Generosae Sophiae Wroiakowska obligatariae suae inscribit et obligat praesentibus, ipsam et eius successores in dictis bonis, praemissisq omnibus praesens per se Recognoscens inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica, quarumcunq persona rum, cuiuscunq conditionis status et sexus cuius uis existentium modo quouis exoriunda, in omni Iu dicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere, et eliberare, in demnemq cum posteris reddere nec non haec eadem bona, praemissaq omnia praesentibus, per se Recognoscens obligata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptioni bus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quouis cuicunq personarum factis et faciendis tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona suprascripta, modo quocunq importatis et importan dis, Lucris denique et peruictis processibus Iuris quibus uis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependens, et in quouis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinen dis ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromis sionem praefatam, coram officio praesenti admissam, in fun do bonorum eorundem praesens inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem, et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, datamq et admissa eadem, possessionem, et Usumfructum praemiss

sorum omnium praesentibus invadiatorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsamque obligatariam suam et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem bona, praemissaque omnia praesentibus invadiata eadem obligataria sua, cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat, illisque uti frui possit usque ad exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem, ac effectivam persolutionem, idque sub vadio similis summae Octo Millium florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem, sive eius successores suprascriptae obligatariae suae ipsiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominusque idem Recognoscens suprascriptus Generosus Remigianus de Rzeplin Tworzakowski subdapifer Terrae Premisliensis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis praefatae Generosae Sophiae Selcowna Tworzakowska obligatariae suae eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus praenominatam Generosam Mariannam Gumieniecka Consortem suam legitimam cum personali sui Recognoscentis asta vel in eventu mortis successores illius ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem roboratoriam consentiendumque per ipsam de iuribus suis quibusvis a se recognoscente super praedicta bona habitis ad Acta quaevis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaque vel eius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere

Idq sub alio simili et speciali Vadio aliorum Octo Millium florenorum polonorum per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascriptae Generosae Sophiae Pelcowna Troiakowska obligatariae suae vel eius posteris ob non statutionem praefatae Generosae Marianna Gumienieczka Consortis suae statuendae vel in eventu mortis successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadys modo praemisso ad solvendum succubitis ac prove aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Remigianus de Rzeplin Troiakowski subdapifer Terrae Premysliensis sive eius successores ad Instantiam suprascriptae Sophiae Pelcowna Troiakowska obligatariae suae vel illiq successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoritate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys

Iuris praescriptione Terri bello conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Eidem Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Remigianus de Kreplin Kwiatkowski Subdapifer Terrae Premyslien Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit, Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosae Sophiae Zelcowna olim Generosi Gaspari Kwiatkowski Iudicis Terrae Premyslien Consortis derelictae viduae, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta confectum conscriptum et datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum In omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis clausulis articulis vadio ligamentis, ac nexibus, in Universum omnibus eidem Generosae Sophiae Zelcowna Kwiatkowska ipsiq posteris firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto quam inquauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem

963